

portas tulit. quia uidelicet redemptor nŕ ante
 lucē resurgens non solū liber de inferno exiit. sed
 & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Porta tu
 lit et montis uertice subit. quia resurgendo clau
 strum inferni abstulit. & ascendendo celorum regna
 penetrauit. T. Sup. cumica. A. d. e. uia a. e. uia a. e. uia a. e. uia.

Arrexit dñs de sepulchro. Lectio sc̃i euŕgii scđm iohannem.

In illo tempore. Cum esset sero die illo una sab
 batorum et fores essent clausę ubi erant disci
 puli congregati ppter metū iudeorū. uenit ihe
 et stetit in medio eorū et dixit eis. Pax uobis. Et
 cum hoc dixisset. ostendit eis manus & latus. Et it.

Omelia beati iŕgorii pape de eadem lectione.

Prima lectionis huius euanglice questio animū
 pulsat. quomodo post resurrectionē corpus do
 minicum uerū fuit. qđ clausis ianuis ad disci
 pulos ingredi potuit. Sed sciendū nobis ē qđ
 diuina operatio si ratione cōprehendit. non est
 admirabilis. nec fides habet meritū cui humana
 ratio prebet experimentū. T.

Hęc redemptoris nŕi opera que ex semet ipsis cōpre
 hendi nequaquā possunt ex alia eius operatio
 ne pensanda sunt. ut rebus mirabilibus fidem
 prebent facta mirabiliora. Illud enī corpus dñi
 intrauit ad discipulos ianuis clausis. qđ uidelicet
 ad humanos oculos p natiuitatē suā clauso exiit
 utero uirginis. Qđ ergo mirū si clausis ianuis post

Objekt:

nv.Nr.: 3865 Foto-Nr.: 3865/001

© Landeshauptstadt, Hannover Kestner-Museum
Trammplatz 3, 30159 Hannover,
Tel.: 0511/16842120
Jede Reproduktion bedarf der schriftlichen Erlaubnis des
Museums.
Fotograf: Christian Tepper